Quelle:
Copyright:

ex Waddingo profert, turpiter mentiri, vel Mayronem eaarasse interrogationes ejusdem omnino initii, cujus noster est dialogus, quod alis discutiendum relinquo. Tandem littera a & o in margine posita denotant Augustinum, et Oriorium.

8

Sermones tres. 299a-310a

Sermones tres. Primus in festo omnium S. incipit: "Meries vestra &c."; alter de S. Magdalena: "Non cessavit osculari;" postremus de dignitate sacerdotali: "Tu es super domum meam" etc.

Cod. CXC.

Chartac. Fol. Sec. 15.

2
3.3.

1

Historia biblica moraliter exposita. 1a-8a

Historia biblica moraliter exposita, cum rubrica: "Incipiunt hystorie et primo de accedia". Initium est: "Egitur in libro judicum quod Sampson &c." Idem opusculum continetur in Codice CLXV. n. 6.

2

Sermo de ascensione Domini. 8b-9b

Sermo de ascensione Domini cujus initium est: "Duxit eos foras in Bethaniam etc." circa dominicam ascensionem quatuor determinantur!

3

Hugonis Argentoratensis compendium theologicæ veritatis. 10a-104b

Hugonis Argentoratensis compendium theologicæ veritatis in septem libros divisum. Incipit: "Veritatis theologice sublimitas cum superni sit splendoris radius" &c. Mirum est, quantum inter se differant